

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Senectus b
cum fonte primo

Sit senectus uestra puerilis et puericia
senilis, id est ut nec sapiencia uestra sit
cum superbia, nec humilitas sine
sapiencia.

Augustinus super Psalmum CXIII.

Aut quoniam hoc loco humilitatem
potius uidetur significare pueritia, cui
contraria est uana et falsa superbiae
magnitudo; et ideo Dominum nisi pueri
non laudant, quia superbi eum laudare
non norunt;

sit senectus uestra puerilis, et pueritia
senilis, id est, ut nec sapiencia uestra sit
cum superbia, nec humilitas sine
sapiencia,

ut laudetis Dominum *ex hoc et usque in
saeculum.*

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes
in Psalmos*, 112, 2 (CCSL 40, E.
Dekkers & J. Fraipont eds., p.1631,
ll.17-24).